

**4968** M. Iulius Victor | ex collegio liticinum cornicinum.  
Romae (Gudius 205, 2 vidit; Orell. 4105).

**4969** . . . | apparitori | pontificum, | parmulario | . . .  
Romae (VI 2196 semel descripta saec. XVI).

**4970**

[in] honorem domus Augustae kalatores pontificum et flaminum.

Romae in foro, epistylum marmoreum, cuius pars dextra prodiit anno 1899 a latere occidentali Regiae (Gatti Bull. comunale 1899 p. 146, Notizie degli scavi 1899 p. 128), pars prior descripta est saec. XVI (VI 900 adnotat., cf. Huelsen Jahrb. des arch. Inst. 1889 p. 251). — Scholam kalatorum pontificum et flaminum eo loco fuisse putat Huelsen Roem. Mitth. 1899 p. 262, arch. Anzeiger 1900 p. 8.

**4971** kalatores pontificum et | flaminum: | P. Cornelius Ialysus, | D. Valerius Alexander, | Ti. Claudius Heronas, | T. Tettienus Felix<sup>1</sup>, | L. Cornelius Helius, | C. Asinius Hierax, | M. Annius Fidus, | L. Iavolenus Phoebus<sup>2</sup>, | App. Annius Falernus, | Ti. Claudius D[iotim]us, | . . .<sup>3</sup>

Romae rep. in foro prope templum Castoris (VI 2184<sup>a</sup> = 32445<sup>a</sup> vidit Henzen). Pars fuit basis a kalatoribus dedicatae Traiano anno 101 vel 102, cuius frons et latus intuenti dextrum multo antea prodierant item in foro Romano (VI 2184<sup>b</sup> = 32445<sup>b</sup>). — 1) Fortasse libertus hic fuit Tettieni Sereni supra N. 2118 (cf. N. 3593 not. 1), qui pontifex fuisse potest, 2) hic sine dubio libertus L. Iavoleni Prisci (supra N. 1998 not. 4), quem pontificem fuisse constat (supra N. 1015), mos enim fuit, ut kalatores legerentur ex libertis sacerdotum ipsorum. — 3) Reliqui kalatores pontificum et flaminum, non minus viginti quinque, perscripti erant in alio latere eiusdem lapidis (v. supra). Similis laterculus kalatorum pontificum et flaminum, eodem fere tempore (a. 102) lapidi incisus, eademque fere nomina continens, est VI 2185 = 31034. — Titulus Septimio Severo et Iuliae eius dedicatus a kalatoribus pontificum est Bullett. arch. comunale 1899 p. 252.

**4972** [C. Quincti]o Trógi<sup>1</sup> lib. Su . . . | kalatori pontif.; | C. Quinctio C. f. Recepto f.; | Quinctiae Urbanae; | C. Quinctio Aucto; | P. Numisio Marioni.

Puteolis rep., est Neapoli (X 1726 vidit Mommsen). — 1) Familiae huius nominis memoria servatur formula accusationis T. Quincti Trogi scelerati apud Varonem de ling. Lat. 6, 92 (Momms.).

**4973** L. Iunius Silani | l.<sup>1</sup> Paris dispes., | calator augur., | vixit annos XXXII. | In fr. p. XII, in ag. XII.

Romae (VI 2187 vidit Henzen). — 1) Patronus fortasse is Silanus ad quem pertinuit t. Canusinus IX 547 (cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 245 n. 547).

**4974** T. Statilius Corvini | lib.<sup>1</sup> Epaphra | calator XVvir.

Romae, rep. in Esquilis in sepulcro libertorum et servorum gentis Statiliae (VI 3878 vidit Henzen). — 1) Patronus videtur fuisse Taurus Statilius Corvinus consul a. 45.

**4975** Vinicio Coetaeo<sup>1</sup> | calat. VIIvir. epul.<sup>2</sup>, | liberto optumo, | patronus.